Eutropius - Breuiarium ab urbe condita (4. stol.), upraveno

2, 13–14

[4] Mittuntur contra Pyrrhum duces P. Sulpicius et Decius Mus consules. In proelio Pyrrhus vulneratur, elephanti necantur, viginti milia hostium necantur et ex Romanis tantum quinque milia; Pyrrhus Tarentum *(do Tarentu)* fugatur.

14 [1] Post unum annum contra Pyrrhum Fabricius mittitur.

[2] Tum, cum vicina castra ipse et rex haberent, medicus Pyrrhi nocte ad eum venit, promittens: „Veneno Pyrrhum occidam, si mihi aliquid *(něco)* dabis.“ Fabricius imperat, ut vinciatur et ad dominum suum Pyrrhum reducatur, et omnia Pyrrho nuntiat. Tum rex admiratur et [3] „Ille est Fabricius,“ inquit, „qui difficilius ab honestate quam sol a cursu suo averti potest“. Tum rex ad Siciliam proficiscitur.

[4] Fabricius Lucanos et Samnites vincit et triumphat. Consules deinde M'. Curius Dentatus et Cornelius Lentulus adversum Pyrrhum mittuntur. Curius contra eum pugnat, exercitum eius caedit, ipsum Tarentum *(do Tarentu)* fugat, castra capit.

[5] Eo die hostium viginti tria milia caeduntur. Curius in consulatu triumphat. Primus *(jako první)* Romam *(do Říma)* elephantos quattuor ducit. Pyrrhus etiam a Tarento mox recedit et apud Argos, Graeciae civitatem, occiditur.